

Romae rep. a. 1748 prope Tiberim (VI 949 aliquoties descripta saeculo XVIII).

- 1) Supplementum indicavit Borghesius opp. 4 p. 76. L. Vitellius, pater A. Vitellii qui imperavit, Claudii collega fuit in censura (Tac. a. 12, 4, hist. 3, 66 Suet. Vit. 2).
 — 2) Nota digamma inversum, in litteraturam Romanam a. 47 a Claudio (cf. supra N. 240 not. 4) inductum, ut loco esset V consonantis. Cf. Quintil. 1, 7, 26; Priscian. 1, 20 p. 13 ed. Hertz; Gellius 14, 5, 2; ex recentioribus Buecheler de Ti. Claudio Caesare grammatico p. 3 seq.

Senatus consultum Claudianum (oratio Claudii) de iure honorum Gallis dando, a. 48.

Col. I 212 . . . | mae rerum no[strarum] sit u |

Equidem primam omnium illam cogitationem hominum quam | maxime
 primam occursuram mihi provideo, deprecor, ne | quasi novam istam rem
 5 introduci exhorrescatis, sed illa | potius cogitetis, quam multa in hac civi-
 tate novata sint, et | quidem statim ob origine urbis nostrae in quod
 formas | statúsque rés p(ublicae) nostra diducta sit. |

Quondam régés hanc tenuére urbem, nec tamen domesticis succes-
 10 soribus eam tradere contigit. Supervenere alieni et quidam exter|ni, ut
 Numa Romulo successerit ex Sabinis veniéns, vicinus qui|dem, sed tunc
 externus; ut Ancó Márcio Príscus Tarquinius. [Is] | propter temeratum
 sanguinem, quod patre Demaratho C[o]|rinthio natus erat et Tarquiniensi
 mátre generosá sed inopi, | ut quae tali marito necesse habuerit succumbere,
 15 cum domi re|pelleretur á gerendis honoribus, postquam Romam migravit, |
 regnum adeptus est. Huic quoque et filio nepotive eius (nam et | hoc
 inter auctores discrepat) insertus Servius Tullius, si nostros | sequimur,
 captiva natus Ocreσιά, si Tuscos, Caeli quondam Vi|vennae sodalis fidelis-
 20 simus omnisque eius cásús comes, post|quam variá fortuna exáctus cum
 omnibus reliquis Caeliáni | exercitús Etrúriá excessit, montem Caelium
 occupavit et a duce suo | Caelio ita appellita[vü]¹, mutatóque nomine (nam
 Tusce Mastarna | ei nomen erat) ita appellatus est, ut dixi, et regnum
 summá cum rei | p(ublicae) útilitate optinuit. Deinde postquam Tarquini
 25 Superbí móres in|visi civitati nostrae esse coeperunt, qua ipsius qua filiorum
 ei[us], | nempe pertaesum est mentés régni et ad consules, annuós magis-
 strátús, administratio rei p(ublicae) tránslata est. |

Quid nunc commemorem dictaturae hóc ipso consulári impe|rium
 30 valentius repertum apud maiores nostros, quo in a[s]|terioribus bellis aut
 in civili motú difficiliore uterentur? | aut in auxilium plebis creatós tri-
 bunos plébei? quid á consu|libus ad decemviros translátum imperium,
 solutoque postea | decemvirali régno ad consules rúsus reditum? quid
 35 in[p]u|ris distributum consulare imperium tribunosque mil[itu]m | consulari
 imperio appellatós, qui séni et saepe octoni crearen|tur? quid communi-